

**SFERIA QVNITA**  
post Iudica. Iohannis VII.

**I**n illo tempore Cum audissent quidam de turba sermones Iesu, dicebant: Hic est uere propheta. Et reliqua.



**C**um ergo loquebas Christus in die nouissimo festiuitatis, ea quæ supra huius textu euangelij posita sunt, nara ē de illo in turba disensio, alijs puratibus, quod ipse esset Christus; alijs dicentibus, quia de Galilaea nō exurget Christus. Qui nemissi fuerant, ut cūnsernerent, redierunt immunes a criminis, & pleni signo admiratiōis. Nam & testimonium perhibuerunt diuina doctrina eius, cum dicerent à quibus missi erant: **Quare nō adduristis eum?** Responderunt eis nunquā se audiisse hominem sic locutum. Non emūlquam sic loquitur homo. Ille aut sic locutus est, q̄a deus erat & homo. Tamen pharisæi testimonium eorū repellentes, dixerūt eis, **Nunquid & vos seducti estis?** Videmus em̄ delectatos uos esse sermonibus illius. [Nunquid aliquis de principib⁹ credit in eum, aut ex pharisæis? Sed turba hæc, quæ non nouit legem, maledicti sunt.] Qui non nouerant legē, ipsi credebant in eum qui miserat legē, et eum, qui miserat legē, continebant illi, qui docebant legē, ut implerebant quod

## POST IUDICA

§69

dixerat ipse dñs: Ego ueni, ut non uidentes uideant,  
& uidentes cæci siant. Cæci enim facti sunt pharisei  
doctores, illuminati sunt populi legem nesciētes, &  
in autorem legis credentes. Nicodemus tamen unus  
ex phariseis, qui ad dñm nocte uenerat, & ipse quidē  
non credulus, sed timidus (Nā ideo & nocte uenerat  
ad lucē, quia illuminari uolebat, & sciri timebat) re-  
spondit Iudæis: Nunquid lex vestra iudicat ho-  
minem, nisi audierit ab ipso prius, et cognou-  
erit quid faciat? Volebant enim illi peruersi an-  
te esse damnatores, quam cognitores. Sciebat enim  
Nicodemus, uel potius credebat, quia si tantummodo  
eum patienter uellent audire, forte similes fierent il-  
lis, qui miseri sunt tenere eum, & maluerunt credere il-  
lis, quam tenere illum. Responderunt ex præjudicio  
cordis sui: Nunquid et tu Galilæus es? Id est,  
quasi à Galilæo seductus. Dominus enim Galilæus  
dicebat, quoniam de Nazareth ciuitate erant pa-  
rentes eius: secundum Mariam dixi parentes, nō se-  
cundum virile semen. Non enim quæsiuit in terra  
nisi matrem, quia iam habebat desuper patrē. Nam  
uræ eius natiuitas mirabilis fuit: diuina, sine ma-  
tre: humana, sine homine patre. Inquiūt ergo illi q̄s  
legis doctores ad Nicodemum: Scrutare et vide-  
quia propheta a Galilæano surgit. Sed domi-  
nus prophetarum, secundum ordinem prophetarum  
inde surrexit. Et treuersi sunt (inquit euangelista)  
vñusquisque in domum suam.

## FERIA SEXTA

post Iudica, Iohan. XI.

nn v